Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. & bene
patientes erunt ut adnuntient.
Quoniam rectus dnīs ds̄ noster. & non est iniquitas in eo. LAUS CANTICI IPSI DŌ IN DIE ANTE SABBATUM QUANDO FUNDATA EST TERRA.
DNS REGNAUIT. DECORE induitus est. induitus est dnīs fortitudine & precinxit se.
Et enim firmauit orbem terre. qui non commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc. a saeculo tu es.
Leuauerunt flumina dnē. leuauerunt flumina uocem suam.
Leuauerunt flumina fluctus suos. a uocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris. mirabilis in altis dnīs.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.